Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 206

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 13.

Cod. CCVI.

Chartac: Fol: Saec: 15. 2 4.8.

Thoma de Haselbach Sermones dominicales

Thoma de Haselbach Sermones in evangelia dominicalia per annum. Precedit prologus, qui incipit: "Crebro multa solicitudine dum in minoribus ecian degerem annis" Inter alia vituperat morem prædicantium, quo ingentem auctoritatum S. Scripturæ, et doctorum molem in suis conservant concionibus, et prosequitur: "Ego Thomas de haselpach utinam tantus re sicut professione presens opusculum exposicionem evangeliorum secundum Rubricam patavien sem per decursum anni continens prout et ad vulgus cum ceteris sermonibus de sanctis prædicaverim &c: in unum compegi." Primo Sermo est de dominica I Adventus, et incipit: "Cum appropinquasset Jesus Jerosolimis &c: Hodie sancta mater ecclesia incipit". Finito Sermone de dominica ultima post Pentecosten legitur: "Et sic est finis pro quo deus gloriosus sit benedictus in secula. Saec. Amen. Actum in vigilia Cecilie virgi, nis beate in universitate Wienn 2c XXXVIIIo" /: 1438. :/

Eiusdem de festo Pentecostes.

His additi sunt alii septem Sermones, quorum primus rubro notatur: In die pen. thecostes haselpach, et incipit: "Si quis diligit me &c. Sicut judaicus populus". Nullus dubito, quin et cæteri ejusdem sint, nullatamen horum apud Pezium, Apfaltrer, atque Khautzium, sicut et precedentium fit mentio.

Terræ motus Vienna.

In fronte folii primi prologum antecedentis legitur: "anno domini 1443 in die S. boni,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 206

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 14.

" facii videlicet 4ta feria ante penthecosten fu-
" it magnus terre motus in Vienna ita ut
" cuncte due parve campane scilicet campa-
" na primarum in magna turri S. Stephani
" trina ac quatuor vicibus sonuerit et una
" alia 4 in alia turri toties ccciam vigil de
" turri cucurrit putans turrim ruere et la-
" borantes tunc frangentes antiquam eccle-
" siam de muris fugarunt.

Cod. CCVII. 2

Chartac: Fol: Sec: 15. 44.

1. Fol: 1–38.

Nic: Dinckelspühel Tract: de dilectione Dei & proximi. 1a–38a

Nicolai Dinckelspühel Tractatus de dilecti-
one Dei, et proximi, qui incipit: "Scribitur
Matt 22o quod cum quidam legis doctor"
et de quo jam dictum est in Codd. XCVI.
n: 2. et CLXX. n: 6.

2. Fol: 38–85.

Ejusdem Sermon: de X præceptis. 38a–85b

Ejusdem Sermones de X præceptis decalo-
gi, quorum primus est: "Preter precepta legis
naturæ comunia". De his quoque jam egimus
in Codd. XCVI. n: 3. et CLXX. n: 7. Id
autem in hoc Codice peculiare est, sermoni-
bus præmitti tanquam prologum exordium
alterius Sermonis ejusdem Authoris de acce-
dia, quem exhibet Kropff: in Bibl. Mellic:
p: 178. hujus initii: "Ex caritate caphatur
gaudium de Deo". Ad calcem ultimi ser-
monis scriptum est: "Et sic est finis hujus
operis Sub anno domini M° CCC° 45°".

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 206

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27542

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)